

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri  
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè  
factorum pertinentes, breuiter tractantur

**Azor, Juan**

**Coloniae Agrippinae, 1602**

19. De absolutione ab hæresi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14077**

rendissimos Cardinales ex toto Collegio de ligi, & constitui Generales Inquisitores in tota Republica Christiana: quos per litteras confidunt, ceteri omnes Inquisitores in singulis vrbibus, & prouinciis costituti. In Hispania, Inquisitores singulis vrbibus praefecti, Generalem Inquisitorem Regno Hispaniensi praepositum, per litteras consilunt: is vero consulit Illustrissimos, & Reuerendissimos Cardinales totius Sanctae Inquisitionis Praefectos.

### Caput XIX.

#### *De Absolutione ab heresi.*

**A**Nequam id explicem, nempe per quem, & quomodo possit quis ab heresi absoluiri, referam Priuilegia, quae aliquando Romanorum Pontificum beneficio, solent religiosis ordinibus concedi, tum in libris Hæreticorum legendis, tunc etiam in Absolucione ab heresi.

In primis igitur circa libros Hæreticorum prohibitos solet concedi facultas, qua possit generalis totius ordinis Magister sive Minister, re matre considerata, & consultata cum ijs, qui ei sunt à consiliis, dare potestatem legendi libros hæreticos, & alios prohibitos, ad oppugnandos, & coincendos Hæreticos, ad hereses confutandas, ad Fidei, & religionis nostræ dogmata comprobandas, & defendendas. Et hoc Priuilegium concedi solet, in commune Fidei bonum, & in ijs Provinciis, in quibus Fidei Inquisitores, specialiter à Romano Pontifice constituti non sunt.

Aliquando conceditur Priuilegium, quo datur facultas Religiosis, vt legant quoque libros, qui hæretici non sunt, licet habeant Annotations, & Scholia auctorum hæreticorum: vel quāvis auctores ipsi mali sint, si libri non sint editi ad stabilendi dogmata hæretica; dummodo nomine auctoris, si sit hæreticus, aut in Indice prohibitus, & si quid inter legēdū, impium occurrit, debeat. Hæc item Facultas dari non solet Religiosis, nisi ijs, qui morantur in locis, in quibus Inquisitores Fidei non sunt.

Conceditur etiam aliquando Religiosis hominibus priuilegium, vt qui à superioribus specialiter deputati fuerint, habeant facultatem emendandi libros, quorum auctores p̄ij quidem sunt, sed habent praua Scholia, vel Annotations; aut quando auctores, aut Impressores sunt impii, nō tamen libri; aut cum auctores sunt Ethnici; sed habent scholia, Annotations; vel quid huiusmodi, propter quod, prohibiti sunt, donec expurgetur, dummodo auctores, & nomina malorum auctorum, vel Impressorum deleantur. Hæc similiiter Facultas dari solet Religiosis, qui cōmorātur in ijs Provinciis, vbi speciales Fidei Inquisitores constituti Romani Pontificis auctoritate nō sunt.

Dari quoq; Priuilegiū solet, vt qui à Magistro totius Ordinis Generali deputati fuerint, habeant facultatem emendandi, & corrigendi libros Ethnicorum, propter scholia, Annotations, Cōmentaria Hæreticorum, vel Impressorum in Indice prohibitorum, modò errores, & nomina auctorum, aut aliorum auctorum prohibitorū penitus deleantur, & expurgentur.

Item, concedi solet Priuilegium, quo datur facultas, qua possit Minister totius ordinis Generalis per se, & non per alios absoluere ab heresi quoslibet, in foro conscientiae dunataxat: hoc Priuilegium, non datur Religiosis, nisi ijs, qui cōmorantur, & viuunt in locis, in quibus Inquisitores specialiter à Romano Pontifice deputati non sunt, quales sunt in Hispania, Italia, & alijs Provinciis Hispaniarum Regi subiectis. Vnde Priuilegium conceditur sine vlo Inquisitorum detimento, & incommode.

Conceditur quoq; aliquando facultas Religiosis absoluendi quoslibet, ab excommunicatione ob lectionem librorū prohibitorum, ijs in locis, vbi potest Religiosi Ordinis Generalis Praefectus absoluere ab heresi in foro conscientia. Veri, si libri prohibiti sint, quia ad stabilienda dogmata hæretica cōficiuntur; non solet huiusmodi facultas cōcedi alijs, quam Inquisitoribus, nisi in causis particularibus, perspectis circumstantijs, difficultis, & ponderatis. Aliquando concedi solet facultas Religiosis Ordinibus, per quā ijs, qui mutuntur ad tritemes, possint absoluiri à quibuslibet peccatis, & casibus, eodem modo, quo in articulo mortis, solent poenitentes absoluiri. Hæc facultas ideo amplissima dari solet, quoniam ijs, qui ad tritemes perpetuū ob maleficium condemnantur, in maximum vitæ discrimen sèpè deueniunt.

Soler etiā facultas dari Religiosis Ordinibus, vt ijs, qui sub Obedientia, & potestate Religiosi ordinis degunt, possint absoluiri per eū, qui toti Ordini praefectus est: & per alios, quos ipse deputauerit, ab omnibus peccatis, & casibus ante, vel post ingressum in religiosorum ordinem cōmissis, & ab omnibus Ecclesiasticis, & secularibus sententijs, censuris, & poenis à Iure, vel ab homine latijs: præterquā ab ijs quatuor, quae in Bulla Sixti I V. continentur, quae sunt, *Relapsus in heresim, Schisma, litterarū Apostolicarum Falsificatio, & Delatio rerū prohibitarum ad Infideles.* Volentes tamen ingredi in Religiosorum ordinē, & absoluiri, recidunt in pristinas sententijs, nisi mox ingredi, & peractis Probationis, & tyrocinij experimentis, iuxta constitutiones ipsius ordinis, ad vota solenni ritu emittenda paratis sint, erā super hoc inducītis eis à Praefectis ordinis concedantur.

Facultas quoq; concedi solet Religiosis ordinibus, vt eorum Praefectus Generalis, & Provinciales possint Religiosi sibi subiectos in Provinciis, in quibus Inquisitores specialiter deputati non sunt, absoluere à Relapso in Heresim, aut in Apostasiam, & eorum poenas à Iure confitentes cōmutare, augendo, aut minuendo, confederatis qualitate, & quantitate, alijsq; debitis circūstantijs: dummodo talium relapsorum criminis publica, & notoria apud sacerdotes non sint; ita vt ex hoc scandalum, & aliorum offendit oriri possit.

Sed quæres, an huiusmodi Priuilegia, & facultates abrogetur vi cōstitutionis Pontificia, quæ in die Cœna Domini, publico, & solenni ritu de more legitimi Respondeo, abrogari; nisi cōcedantur, cū clausula expresa, vt abrogata esse, non cōfiantur per eam constitutionem Pontificiam.

His positis, Primò queritur, à quo absoluiri possint in foro conscientia Hæretici, Credentes Hæreticorum,

reticorum, Receptatores, Defensores, Fautores, aut qui legerunt, retinuerunt, vel typis mandarunt libros Hæreticorum damnatos? *Respondeo*, eos non posse absoluiri nisi à Romano Pontifice, aut ab eo, cui Pontificia auctoritate fuerit specialiter commissum: qua ratione Inquisidores Apostolici Hæreticos poenitentes absoluuntur.

**Secundò Quæritur**, An sacerdos ad peccatorū confessiones excipiendas electus, vi litterarum Apostolicarum, sive Pōtificiarū, quæ vulgo Bullæ Cruciae appellantur, aut vi Iubilæi, quo conceditur facultas simpliciter absoluendi ab omnibus peccatis, etiam contentis in Bulla Cœna Domini, possit absoluere ab hæresi, & à ceteris criminibus supradictis? *Ad hanc Questionem* supra respondi ac dixi. *c. 10. q. 12. iuxta stylū, & vsum Romanæ Curiae*, non posse: quoniam absoluendi facultas specialiter committitur Inquisitoribus Fidei. *Vnde cum generatim datur potestas absoluendi ab ijs causis, qui continentur in ea Constitutione, quæ Bulla in Cœna Domini vocatur, nō eo ipso, datur facultas absoluendi ab hæresi: quoniam hæc facultas est specialiter commissa Inquisitoribus Fidei, & generales cōcessiones specialibus non nocent.*

**Tertiò Quæritur**, An Episcopi vi facultatis in Concilio Trid. concessæ *sess. 2. 4. c. 6.* possint absoluere ab hæresi, & ceteris supradictis criminibus, quando sunt occulati *upra quoque respondi cap. 10. que. 10. ac dixi, eos non posse*, & hanc facultatem esse abrogatam per claufulam Bullę in Cœna Domini, quæ reuera est nimium generalis, & quæ protenditur, tam amplè, ut eam facultatem abrogarem ita declarauit congregatio Cardinuum, ut superius iam dixi *cap. 10. q. 10.*

**Quartò Quæritur**, An quilibet scilicet approbatus, & idoneus ad peccatorum cōfessiones audiendas, iure possit absoluere ab hæresi tantummodo mente cōcepta? *Supra etiā admonui, quod si credidisse, interiori mentis hæresim esse excommunicationem affectam*, & hæc quidem excommunicatione, cū sit Romano Pontifici reserata, conseqvens esse, inquit illi, ut solus Romanus Pontifex quempiam possit absoluere ab ea hæresi. *Sed quia nos lōgē verius esse arbitramur, per solam mentis hæresim, nullam contrahi excommunicationem: dicimus, absolutionem eius nemini esse referuantam*; & proinde quemlibet idoneum Confessarium, hoc est legitimè approbatum, ab eo absoluere iure, & tuta conscientia posse.

**Quintò Quæritur**, An hæreticus cum morti proximus sit, possit absoluiri à quolibet Sacerdote? *Respondeo*, posse, si Episcopus, & Fidei Inquisitores definit, quia præsentes non sunt. *Nam in Concilio Araucano 1. Canon. 2. de hac re constitutum est in hunc modum: Hæreticos in mortis discri- mire positos, si Catholicos esse desiderent, si defit Episcopus, à Presbyteris cum christinatu, & benedictione consignari plati- ca. Idem colligitur ex cap. His, qui in tempore, & c. Si Presbyter, &c. Agnoscamus, &c. Presbyter, 26. q. 6. & tandem Concilium Tridentinum *Seß. 14. cap. 7. De cœnam reservatione*, sic habet prope finem: *In eadem Ecclesia Dei, pī admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, custodiūm semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis: arque ideo omnes Sacerdotes quolibet p̄ni-**

tentes à quibusvis peccatis, & cōfessionis absoluere possunt. *Quæres*, an etiam possunt absoluiri hæretici, & Ecclesiæ reconciliari post mortem, si signa poenitentia dederint, & absolutionem petierint, nec per eos sterterit, quo minus ante obitum absoluuntur? *Respondet Simanus de Catol. instit. tit. 3. nu. 4.* esse receptum vsu, & iure communī, ut in foro exteriori ab excommunicatione, ac ceteris cōfessionis absoluantur, *cap. A nobis 2. De sententia excommunic. ex Concilio 4. Carthaginensi Canon. 76.* Absoluuntur autem post obitum in foro exteriori, ut Ecclesiastica sepulcræ mandari, & tradi possint, hoc est, in loco sacro sepeliri, & pro eis preces, & sacrificia de more, & consuetudine offerriri: nā secus non possunt in locis sacrīs sepeliri.

**Sextò Quæritur**, An hæreticus postquam fuerit in foro interiori absoluitus ab hæresi, sit liber, & immunis à poenis, quibus in foro exteriori aliqui subiectebatur, ita ut in eum amplius inquireat, & animaduertiri nequeat, & ipse in hac exceptione tueri possit, dicens se esse in foro poenitentia absolutum? *Respondeo*, minimè, *Zanchinus tract. de heret. cap. 34. Directorium Inquisit. part. 2. in Comment. 25.* *Vnde hæreticus, sive ab Episcopo, sive ab Inquisitore, aut ab alio absoluendī facultatem habente, absoluitus in foro poenitentia, potest nihilominus accusari in foro exteriori, citari, capi, & in carcere trudi, torqueri, & puniri, sive canonica, sive ciuili oœna. Nam sententia, & poena lata, & imposta à Confessario in foro poenitentia, quantumcumque magna sit nequaque liberat criminis oœna, sive canonica, sive ciuili in foro exteriori luenda. Glosa communī consensu recepta in c. Gaudemus de iuoro, verbo, Poterii. Sic etiam Abbas, Umla in c. 2. de empti, & venditi, Paulus Castrensis in l. Cunctos populos. c. de sum. Trinit. & fide Cathol. Cardinalis, & alij in cap. de his, de accusati. Quod & ratio ipsa probat, & evincit: quia poena per Confessarium imposta in foro poenitentia, constituta est, ut is, quem sui peccati poenitet, per eam Deo, quem offendit, satisfaciat; at verò iuris ciuilis, vel canonici poena in foro exteriori imponenda, spectat ad punitiōnem corporis, & vindictam publicam, ut etiam criminis reus, legitimè Reipublice satisfaciat, quam delinquendo nimis offendere. Si queras, quid si poenam in foro poenitentia impositam, poenitens publicè persoluerit? *Respondeo*, etiam tunc non tolli poenam in foro exteriori per se endam, ut tradidit Abbas in cap. de his de accusationib. quo fit, ut hæreticus manifestus, legitimè per Sacerdotem in foro poenitentia absoluiri ab hæresi, nequeat in loco sacro sepeliri, quia quod Ecclesiastica sepulcræ caret, est poena iuris; & proinde, donec in foro exteriori hæreticus absoluatur, cam poenam perficeret, & sustinere debet.*

**Septimiò Quæritur**, An Sacerdoti afferenti, à se hæreticum esse absoluiri in foro poenitentia, sit in foro exteriori credendum, si eum, vel innocentem esse, testificetur, vel sui criminis idoneam egisse poenitentiam? *Hæc quæstio tractatur in Direct. Inquisit. p. 2. in Comment. 25. Quæstionem mouet. Primo*, quia notario creditur ratione officij in ijs, quæ ad suum munus spectat, *cap. Ad audiencem, de prescriptionib.* Ergo videtur eti-

am Sacerdori credendum. Rursus, vni testi spe-  
ciale fidei, & probitatis, creditur, ergo credi de-  
bet Sacerdoti. Præterea, propensiores nos esse o-  
portet ad absoluendum, quam ad condemnandum.  
Postremò, in Sacramento Confessionis non est  
verisimile, aut poenitentem menticum fuisse, aut  
Confessarium aliud, quam audierit, affirmare:  
ergo credendum est, si testificetur reum esse in-  
nocentem, vel idoneum satis de peccato doluisse,  
& quia ita videtur sentire Glossa in c. super nobis, in  
verbo, nisi iuratus, & cap. testimonium, in verbo, in hoc ca-  
si, de testibus. Respōdeo, in foro exteriori nō opor-  
tere fidem habere Sacerdoti, qui peccatorū con-  
fessionem exceptit: Iudex enim in foro exteriori  
secundum eā, quā sunt legitimē in iudicio pro-  
bata, sententiam iō reos, ac fontes ferre debet,  
non autem iuxta priuata iudicavit docet S. Thom-

mas 2.2.q.67.art.2.

Octauio Quæritur, An hæreticis, & ceteris ob-  
causam Fidei in carcere missis, & vincis coce-  
di debeat Sacerdos, qui eorum confessiones excipi-  
at in foro poenitentia? Respondet Simancas de  
Cathol. insti. tit. 16. nn. 30. hisce reis non esse copiam  
Confessarij faciendum, nisi plenē Inquisitoribus  
tanquam iudicibus fuerint sua crimina confessi, aut  
nisi in extremum vita periculum deuenient. Et  
tunc, inquit, per inquisitoris fidei, reconciliandi Ecclesiæ  
sunt, ab excommunicatione prius absoluvi. Deinde, in foro  
poenitentia à Confessario absoluendi, & post obiūum Eccle-  
siastica sepulitura donandi, donec sententia publice profer-  
atur. Hunc morē, ait Simancas, in Hispania serua-  
ri: in Italia vero facilius eis Confessarij copia da-  
tur. Sed in Director. Inquisit. p. 2. Commen. 25. Beni-  
gnius, & mitius esse agendum, dicitur, & cœlē-  
tarium toties dandum eis, quoties petierint. Ne-  
que enim Confessarius obesse potest, sed prode-  
ſe, ut qui eos monere, & hortari, & potest, & de-  
bet, ut Inquisitoribus suū delictum cōfiteantur,  
cum id confiteri ipso iure cogūtur. S. R. O. G. E. S.,  
quo modo se gerere debeat Confessarius, quan-  
do conceditur eis? Respondeo, si huiusmodi hæ-  
retici agrotauerint in carcere, & consilio Medi-  
ci, iphiſi potentibus Confessarius dandus sit, is de-  
bet esse spectat̄ probitatis, & doctrina: qui erā  
ad iufiūrādum adigitur, ut arcānum suę fidei co-  
missum diligenter seruat. Quod si poenitens ei-  
dixerit aliquid, dum sua peccata inter confiten-  
dum prodit, ac refert, quod velit extra confessio-  
nem aperiri, ei minimē credat, quoniā solent ta-  
les ficti, & mendaciter ſēpēnumerō confiteri, vi-  
poenam, quam merentur effugiant, & evadant. S  
vero extra Confessionem ei aliquid patefecerit,  
quod ad ipsam causam Fidei, & religionis attine-  
at, id Inquisitoribus aperiāt. Item, Inquisitores  
Confessarium admonerent solent, vt dicat poenitentia,  
eum ob hæretim, vel ob causam Fidei esse ac-  
cusatum, & in carcere detrusum, ac vinculum;  
nec posse absolui, nisi prius Iudicibus suum cri-  
men confiteatur, ac prodat. Quod si in extremum  
fuerit adductus vita discernimus, tunc si de suo pec-  
cato per poenitentiam doleat, & eo animo sit, vt  
Ecclesia mandatis omnino parere velit, eiq; di-  
gnē satisfacere, absolui debet in foro poenitentia,  
ab omni censura, & peccato: quoniā nihil  
tunc supereſt, quod sit referuatum. Deinde vero,  
vt Ecclesiasticam sepulturam obtineat, absoluē-

dus est per Inquisitores fidei, ab excommunicatio-  
ne in foro exteriori. Quod si tales criminosi redi-  
valuerint, quamvis Confessarium petierint, non  
solet in Hispania eis dari, nisi coram Inquisitorib-  
us crimen antē detexerint. Sed vt paulo ante di-  
xi, benignior est, quia in Italia consuetudo, seruat.  
Neq; enim obesse quippiam Confessarium po-  
test, imo & multum prodest poenitentibus, cum  
eius partes esse debeant, eos plurimum monere,  
& cohortari ad sua crimina Iudicibus aperiāda,  
imō ad socios etiam crimini prodendos. Eos ta-  
men fieri monere Confessarius debet, vt caueat  
ne rādio carceris, aut spe libertatis, aut meū tor-  
mentorū, sibi aut alijs falso crimen imponat:  
neque hos potest Confessarius absoluere, priu-  
quam fuerint ab excommunicatione absoluti, &  
Ecclesia reconciliati.

Quæres deinde, An si sacerdos aperiat,  
aut per ignorantia, vel imprudentia, an alia qua-  
libet de causa, aliquid, quod inter confitendum  
poenitentia exciderit, quod si ipse audierit, id po-  
fit ad iudicium valere, nimirum tanquam crimi-  
nis indicium, testimonium, siue probatio. Respo-  
deo, non posse, quoniā id tanquam Delin-  
ictus audiendi poenitentem exceptit, & alioqui  
fanē hoc in manifestum, & euidens sacramenti  
poenitentia vergeret detrimentum. Quare Iude-  
ces secundum eam notitiam à Confessario acce-  
ptam nequeunt in poenitentem inquirent. Post-  
remō quæres, nunquid si poenitens quippiam Sa-  
cerdoti circa hæretim patet fecerit, non quidē in-  
ter confitendum, sed extra sacram confessionem  
peccatorum, solum tanquam arcānum iure na-  
rrē celandum, liceat sacerdoti id Iudicibus aperi-  
re? Respondeo licere, tamē si ce laturum pro-  
misit, aut iure iurando etiam affirmauerit se de  
ea re taciturnum: quoniā in male promisit (iuxta  
iuris Regulam) rescindenda est fides. Et fecerit,  
quod communī rei publicæ salutē nocet, aperte-  
dum est eis, qui prodeſſe queunt. Præfert in  
grauiſſimo crimen hæreti, quod extra sacra Confes-  
sionem cognitum est: & yehementer bono co-  
muni fidei nocet.

Nond Quæritur, An in crimen hæreti ad iudic-  
es deferendo, præcedere debeat priuata, & fi-  
teria correptionis. S. Thom. 2.2.q.33.art.7. aperte re-  
pondet, occultū hæreticū esse iudicibus proden-  
dum citra vñlā fraternam correptionem. Nisi in-  
quit, forē aliquis firmiter existimat, statim ad priuata  
suā admisionem, hæretici in saniorē mentē redu-  
cunt, & proxime tantum malum impedient. Quā sen-  
tentiam Theologi, & Summiſte magnē doctrinā,  
& auctoritatis amplectūtur. Silv. corrett. p. 3. An-  
gel. denunciatio q. 2. Rosel. inquisit. su. 1. Canus lib. 1.  
de locis Theolog. cap. 9. versus finem. Contratamen Si-  
mancas de Cathol. insti. tit. 19. nn. n. & ipsi etiā In-  
quisitores contendunt, hæreticos ad Inquisitores  
Apostolicos statim deferrī oportere, etā oculi-  
os, & nulla correptione præmissa. Id enim In-  
quisitorum publica edita præcipiunt. Quā sen-  
tentiam Simancas conatur ostendere ex eo, quod  
cū ait Dominus Petro: Si peccauerit in te fratres tuos,  
& quā sequuntur, minimē loquatur de omni pec-  
cato, sed de eo duntaxat, quod in nos committit-  
tur, cum ab aliquo iniuria, vel damno afficiuntur;  
quā fuit sententia Bernardini Arevali, qui de-

*Matth.*

*Correpto*

Correptione fraterna integrum librum conscripsit; hanc sententiam contra communem opinionem Theologorum, & iuris Canonici doctrinam defenserat.

Ego tamen in hac controvērsia, sententiā Inquitōrum omnino tenendam existimō: non eadem tamen, qua Simancas, ratione permotus, Quām enim ipse non difficeat, Christum suisse de omni peccato locutum; arbitror tamē correptionem fraternā tunc solum locum habere, cū peccatum alicuius, apud Superiores magistratus denunciatur, ob emendationem delinquentis, nō autem, quando defertur ad Iudices, vt peccata, quae publicam punitionem promerentur, iustis, ac debitis poenis vindicentur. Tunc enim quamvis, qui deliquerit, respuerit, & ad meliorem vitam frugem redierit; nihilominus crimen eius est Iudicii denunciandū, vt in eum animaduertatur, & qui rem publicam offendit delinquendo, publica poena afficiatur. Nam, vt docet Abbas in c. 11. iurit. de iudicio, cuius sententia Summissarī sequuntur in verbis: Denunciatio, aut verbo, Inquisitio, Denunciatio est duplex, vna iudicialis, altera Euangelica: hæc est ad emendationem fractis, qui deliquerit: illa est ad publicam vindictam criminis, quod est perpetratū. In Euangelica seruari debet ordo Euangelicus præscriptus à Domino, quem ordinem lex caritatis requirit, & postulat: Secus vero est in denunciatione iudiciali, qua utitur Inquisitores. Objec̄tus inde concludi, hæretici delictū occultum, non esse ad Iudices deferendum, sed publicum; quia occultus hæreticus Rempublicā minime laedit, sed publicus. Certè hoc argumēto quidam Theologi sunt adducti ad afferendū, occulta crima prius esse priuatum corripienda, quām apud Iudices denuncianda: at vero ē contrario. Inquisitores aiunt, occultum crimen, ac scelus (quale crimen est hæresis, & alia his similia in causa Fidei) eo ipso, quod vno sciente committitur, totam Rempublicam offendere, sicut etiā cetera crimina, quae ius ciuile publica appellat, nimirum adulteriū, homicidium, perjurium, incestus, raptus, iuste ad Iudices deferri queunt, quāuis vous tantum ea nouerit. Nō enim publica delicta appellantur ob id, quod publicum detrimētum afferat, sed quia huiusmodi criminosa posse quisque priuatus accusare, vt dignam penam perfruantur. Deinde objec̄tus: Quando vnu tantū alienum crimen cognitum haberet, & id testibus probare non potest: quomodo de eo aliū accusare debet, quod probare nequit? Respondeo, nihil hoc impudere: nam licet olim secundum ius ciuile commune accusator testes dare, ac probare crimen debebat: modò tamen aliud est vnu receptum. Nam delicta ad Iudices deferuntur, siue per accusationem, siue per denunciationem iudicialem, que parū ab accusatione distinguitur, eaque Fiscalis (quem vocant) ad minister scripto excepit. Quod si testes accusator, vel denunciator dederit, eos quoque in charta describit. Si vero nullus dederit, scribit tantum nomen accusatoris, vel denunciatoris, ac deinde Fiscalis crimen Iudicibus denunciat, & accusator, vel denunciator tanquam testis in iudicium vocatur, Fiscali accusatoris, denunciatoris munere, & officio fungenti: & tunc accusator, vel denunciator, quia-

tanquam testis rogatur, totam rei veritatem, quā nouit, prosteri debet. Porrò, quando accusator, denunciator est testis omni exceptione maior; tunc Inquisitores non solum ius habent citandi eum, qui criminofus est, sed etiam capiendi, & in carcere detrudendi, torquendi, & interrogandi, ut ipse suum crimen fateatur. De hac tamen controvērsia in explanatione octauī Decalogi præcepti, plenius differemus.

### Caput XX. De Schismaticis.

**A**nnotandum est de Schismaticis ius Canonici multis in locis tractare. 2. q. 1. per plurima capita. Et eadem causa q. 3. & in Decretalibus in sexto, & Clementinis it. de schismat. S. Thomas agit. 2.2. q. 39. Antonin. p. 2. ii. 3. c. 11. Simanc. de Cœtol. in fl. ii. 58. Direct. inquisit. p. 3. q. 48. Summis in verbis, Schisma. Turrecrem. in sum. de Ecclesia. lib. 4. p. 1. per quindecim capita.

Quæritur in primis, An schismatici sint hæretici? Respondeo ex communi Canonici iuris interpretatione, & Summissarī sententia, hæreticū à schismatico differre, quod omnis hæreticus est schismaticus, non tamen ē contrario. Quod probant, quia appellatione schismatis, diuīsio significatur: Omnis autem hæreticus se se ab Ecclesia auerit, separat, & diuidit: & proinde schismaticus ab Ecclesia, quæ vna est, se se disiungit: non tamen dogmata contra Ecclesiæ sensum configit, aut docet, & propterea hæreticus non est, c. eloquitor, c. alienus. 2.4. q. 1.

Secundò quæritur, Quomodo schisma ab hæresi differat. Respondeo, hæresim esse dogma Fidei contrarium. Schisma vero, esse crīmē, quo quis ab unitate Ecclesiæ recedit: & proinde cum Fide hæresim pugnare, schisma non item unitati tamē Ecclesiæ: Iuerlari. B. Hieronymus, (vt refertur à Gratiano 2.4. q. 3. c. Inter hæresim, ait, c. schisma hoc interesse arbitror: quod hæresis peruersum dogma habet, schisma, post Episcopalem discessione ab Ecclesia pariter separari. Et sanctus Augustinus lib. 20. cōtra Faustum, c. 3. c. lib. contra Cresconium Grammat. cap. 7. Schisma, inquit, est, eis, eadem opinamem, ac eodem ritu colementem, quo ceteri solo congregationis deleitari disiido. Et alibi lib. question. Euangelica secundum Mattheum, q. 11. Inter hæreticos, ait, c. malos Catholicos hoc interest, quid hæretici falsa credunt illi autem vera credentes, non ita vivunt, vt credant. Soleti autem queri, schismatici quid ab hæreticis dissentit? Ei hoc inveniri, quod schismaticos non unius diuersitate facit, sed communis disrupta societas. Hæc Augustinus.

Tertiò Quæritur, An schismaticus sit pars, vel membrū Ecclesiæ? Ratio questionis est, quia schismaticus hæreticus non est, nā fidem teneret, & servaret. Item baptismū habet, & per baptismū quis in Ecclesiā ingreditur. Item, lices schismaticus sit excommunicatio sententia, & vinculo ligatus, non eo ipso, extra Ecclesiā est: nam excommunicatio ab Ecclesiā non segregat, sed à Sacramētis, precibus, & suffragijs communib⁹, & cōiunctu piorum, & fidelium. Respondeo, Patres perspicue tradere, extra Ecclesiā esse, schismaticos. Cyprianus, vi habetur 7. quest. 1. cap. Scire debet, ita loquitur: